E. qvi obtrudunt traditiones non ſcriptas in Eccleſia non ſunt audiendi.

E. neq; Pontificii eas obtrudentes audiendi ſunt.

Confer B. Jac. Martini de Verbo Dei diſput. 9. p. 304. & Chemnit. in Exam. Concil. Trident. part. 1. de Traditionibus. Hütteri L. C. Theol. p. m. 77. 83.

1. Propoſitio noſtri σωρείτȣ probatur: qvi enim verbo ſcripto traditiones non ſcriptas addunt, Scripturam imperfectionis arguunt, & proinde aliam doctrinam, inibi non contentam, obtrudunt, & ſic plus intelligere volunt, qvam ipſa Scriptura, & ita ſuper id, qvod ſcriptum, ſapiunt.

2. Propoſitio probatur ex *Epiſt. Rom. 12. 30. ne ſapiat qvis ſupra, qvàm oporteat ſapere, 1. Cor. 4. 6.*

3. Propoſitio, qvia per ſe eſt manifeſta, & omnium reliqvarum cum hâc ſit neceſſarius nexus, ſeqvitur concluſionem eſſe certiſſimam, ùt & inde deductam conſeqventiam.

8. Qvod